BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 302r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tibi. Et continuo surrexit. Et uide
runt illum omnes qui habitabant lydde
et sarone. Qui conuersi sunt ad dominum.
In ioppe autem fuit quedam discipula
nomine thabita: que interpretata dicitur
dorchas. Hec erat plena operibus bonis
et elemosinis. quas faciebat. Factum est
autem in diebus illis. ut infirmata more
retur. Quam cum lauissent. posuerunt
eam in cenaculo. Cum autem prope esset
lydda ab ioppe: discipuli audientes quod
petrus esset in ea. miserunt duos ui
ros ad eum rogantes. Ne pigriteris
uenire usque ad nos. Exurgens autem
petrus: uenit cum illis. Et cum ad uenis
set: duxerunt eum in cenaculum. Et cir
cumsteterunt eum omnes uidue flentes.
et ostendentes tunicas et uestes. quas
faciebat illis dorchas. Eiectis autem
omnibus foras: petrus ponens genua
sua orauit. Et conuersus ad corpus dixit
Thabita surge. At illa aperuit ocu
los: et uiso petro resedit. Dans autem
illi manum erexit eam. Et cum uocasset
sanctos et uiduas. assignauit eam eis ui
uam. Notum autem factum est per uniuersam
ioppen: et crediderunt multi in domino. Fac
tum est autem ut dies multos moraretur
in ioppe. apud quendam symonem coria
rium. Vir autem quidam .x. rium.
erat in cesarea nomine cornelius.
centurio cohortis. que dicitur
ytalica: uir religiosus. et timens dominum.
cum omni familia sua: faciens elemo
sinas multas. et deprecans dominum semper.
Hic uidit in uisu manifeste. quasi ho
ra noua diei. angelum dei introeuntem
ad se: et dicentem sibi. Corneli. At ille
intuens in eum. timore correptus ait.
Quis es domine? Dixit autem illi. Ora
tiones tue et elemosine tue ascenderunt

in memoriam in conspectu dei. Et nunc
mitte uiros in ioppen: et accersi sy
monem quendam qui cognominatur pe
trus. Hic hospitatur apud symo
nem quendam coriarium. cuius est domus
iuxta mare. Hic dicet tibi quid te
oporteat facere. Et cum discessisset an
gelus qui loquebatur illi: uocauit du
os domesticos suos. et militem timentem
dominum. ex his qui illi parebant. Quibus
cum narrasset omnia: misit illos in iop
pen. Postera autem die iter illis facien
tibus. et ad propinquantibus ciuitati: ascendit
petrus in superiora domus ut oraret.
circa horam sextam. Et cum esuriret:
uoluit gustare. Parantibus autem illis:
cecidit super eum mentis excessus. Et
uidit celum apertum. et descendens uas
quoddam uelud lyntheum magnum. quatuor
initius submitti de celo in terram: in quo
erant omnia quadrupedia. et serpentia
terre. et uolatilia celi. Et factum est uos ad eum
dicens. Surge petre. occide et mandu
ca. Ait autem petrus. Absit a me domine:
quia numquam manducaui omne commune
et immundum. Et uox iterum secundo ad eum.
Quod deus purificauit: tu commune ne dix
eris. Hoc autem factum est per ter: et statim
receptum est uas in celum. Et dum intra
se hesitaret petrus. que nam esset ui
sio quam uidisset: ecce uiri qui missi
fuerant a cornelio inquirentes domum
symonis. astiterunt ad ianuam. Et cum
uocassent. interrogabant si symon qui
cognominatur petrus illic haberet hospitium.
Petro autem cogitante de uisione: dixit
spiritus ei. Ecce uiri tres querunt te. Sur
ge itaque et descende. et uade cum eis. nichil
dubitans: quia ego misi illos. De
scendens autem petrus ad uiros dixit.
Ecce ego sum quem queritis. Que causa